

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Cur potestas equorum in ore, & caudis sita dicatur, & cur caudæ in capita serpentium desinant? Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

volandi pennas habent per speciem, sed in terra repunt per actionem: alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere prægrauati minime à terra subleuantur. Secundò. Hypocritæ vngulas babent ceruinis similes, quia, quantum possunt, labore subterfugiunt, & persecutionis tempore, cùm à charitate non vrgantur, timidissimi sunt, & fugacissimi. Tertiò. Lapidibus insquentes petunt, quoniam si verbis laeblas, subito excedunt. Quartò. Si colla frutice occultauerunt, latere se reliquo putant corpore: quoniam Hypocritæ si colli inflexione humilitatem simulat, & arrogiantiam celent, perperam existimat reliquis omnibus actionibus latere posse: cum tamen ipsa se virtus intus latentia necessariò interdum prodant. Quam simulationem caudam monuit Apostolus ad Colos. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, id est, ut interpretatur D. Hieron. Nemo sita humilitate superbus, & Angelos se videre mentiens frustra se super homines ostendat.* Denique struthionis pennæ aptæ sunt ad galeas adornandas, quoniam fallacia Hypocitarum figmenta, dum clementia sanctitate speciem virtutis exhibent, accommodata plerisque interdum videantur ad honores, & tiaras Pontificias obtainendas.

*Cur potestas equorum in ore, & caudis sita dicatur, & cur caudæ in capita serpentium definant?*

*Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam cauda eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent.*

#### S E C T I O . VI.

**P**rodigiōsi sanè equi Ioanni apparuerunt, quippe qui capita habuerint leonina, caudas instar serpentium, & in serpentina capita definentes, cætero corpore equina forma, ore ignem, fumum, & sulphur vomentes: quod monstri genus ad viuum exprimit Hæreticos, quibus quasi equis Dæmones insident. Illud tamen multò videtur mirabilius, quod potissimum in caudis potestatem exercenter, easque haberent in serpentina capita definentes. Igitur cur potestas equorum in ore, & caudis sita fuerit, ratione reddit Diuus Gregorius lib. 33. Moral. c. 28. super illa verba capituli 41, quæ de Leuiathan intelliguntur: *Portas vultus eius quis apertet? quo loco D. Greg. per portas vultus Leuiathan Hæreticos intelligit, quia per ipsum tanquam per portas quisque ingreditur, vt Leuiathan in potestatis sue principatu videat, sicut è contrario Doctores sacri portæ Sion appellantur. Deinde quod sequitur, Per gyrum dentium eius formido, de secularibus potestatibus Hæreticorum fauribus interpretatur. Quis, inquit, istius Leuiathan dentes, id est, magistros Hæreticos, non deficeret, si non eos per circuitum potestatum secularium terror minaret: duplacione calliditate agunt. Etenim quod ab Hæretico magistris verbis blandientibus dicitur, hoc à Principibus eorum fautoribus gladijs ferientibus imperatur: quæ utrumque actio in Ioannis Apocalypsi brevi est sententia comprehensa, qua dicitur: *Potestas equorum in ore, & caudis eorum erat. In ore namque Doctorum scientia, in cauda vero secularium potestatis figuratur: nam per caudam, quæ retro est, huius seculi postponit, da temporaliter designatur. Istius ergo equis, id est, nequissimis predicatoribus ubique carnalium impulsu currentibus in ore, & in canda potestas est: quia ipsi quidem peruersa suadenda predican, sed temporalibus potestatibus fuli pereant, quia retrò sunt, se exaltant.* Haec tenus Gregorius. A quo candorationem mutuati sunt Haymo, & Anbertus in hunc locū, illud addentes idcirco caudas in serpentium capita definere, ad eoldem nimis raro impios Principes exprimentdos,*

*Colos. 2. 18.  
D. Hieron.*

*In Hæreticos  
tanquam in  
equis Dæmo-  
nes insident.  
D. Gregorius  
lib. 41. s.*

*Hereticis se-  
cularium.  
Principum  
potestatis ful-  
ti.*

*Haymo.  
Anbertus.*

mendos, qui dracones in sacris literis appellari consueuerunt, veluti Ezech. 29. Ezech. 29.3.  
vbi ad Regem Aegypti ita loquitur Dominus: Ecce ego ad te Pharaon draco magne, qui  
cubas in medio fluminum tuorum: & Hier. 51. ex persona Hierusalem de Nabuchodonosor Hier. 51. 34.  
nosor conquerentis: Comedit me, devorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, reddidit  
me quasi uim inane, absforbit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea. Asque  
ex hac expositione illud obicit collige, quo loco habenda sint omnia temporalia,  
& ipsa orbis imperia, siquidem iuxta Gregorij sententiam, per caudas, qua retro  
sunt, exprimuntur, ut virtuti, ac iustitiae postponenda intelligantur.

Secunda ratio est, quia Hæretici lubrici sunt, & tortuosi instar serpentium, lu-  
brici quidem, quia vbi caput immiserint, id est, initia decipiendi sumplerint, sen-  
sim totum corpus insinuant hæresum suarum venenatae fundentes: tortuosiau-  
tem, quia non recta ingrediuntur. Quod ad primum attinet, hanc serpentis lubri-  
cam ad se se insinuandum naturam in serpente illo antiquo, quem in hoc ut in cæ-  
teris Hæretici imitantur, expendit D. Greg. lib. 17. Mor. cap. 18. super illa verba  
capitis 16. spiritus eum ornauit calos, & obsecrante manu eius eductus est coluber tortuosus. Job 16. 13.  
Quis, inquit, colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostus serpens quippe non solum tortuosus  
est, sed etiam lubricus, quia suggestio eius si primo non resistitur, repente totus ad interiora cor-  
dis, dum non sentitur, illabitur, sed obsecrante manu Domini tortuosus coluber de propriis ca-  
vernis expulsus est, quia dum nobis Diuina gratia medetur, u qui nos tenuerat, antiquus hostis  
ejicitur, iuxta illud Ioh. 12. Nunc princeps huius mundie ejicitur foras: dum enim corda infide-  
linum tenunt, quasi manum ad latibula serpentis misit, quemadmodum cecinit Esaïas cap. 11.  
Delectabatur infans ab ubere super formam in spidis, & in cavernam regulis, qui ablactatus Esaïas 11. 8.  
fuerit, mitte manum suam. Quod vero ad obliquitatem spectat, manifestum id est,  
ex cap. 27. Esaïas, cum dicitur, Visibilis Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti su-  
per Leviathan serpentem velutum, & super Leviathan serpentem tortuosum. Vbi primum ad-  
uerte ex D. Hieronymo vestem appellari Daemonem, siue claudenteum, quod ge-  
nus humanum tanquam vestis quidam ferreus carcere concluserit, siueque poten-  
tati subiecitur. Cur autem simul appellatur tortuosus, explicavit D. Basilius in  
Psalm. 32. super illa verba. Rectus debet collaudatio. Serpentis, inquit, qui ad peccatum nōbiū  
incentor fuit, obliquum dicitur, & in serpentem draconem obliquum Dei ensis apud Esaïam in-  
ducitur, quoniam multas spiras, & inuolucra facit in itinere: serpentis nanque trahit in aqua-  
liter per humum serpit. Itaque qui serpentem imitatur, in equaliter etiam suam re ipsa exprimit  
vitam, scit qui è diuerso vestigia Dei sequitur, rectas semitas: rectaque pedum vestigia facit:  
quoniam rectus Dominus Deus noster, & rectitudinem, siue equitatem videt vulnus eius.

Sed cur equorum caude in capita serpentium desinunt? Richardus de S. Victo-  
re eam rationem assert, quoniam improbi dum nequeunt aperta persecutione  
nocere, per occultam, & fraudulentam simulationem no[n]cendi sumunt initia. Lu-  
culentiorum adhuc reddit Iohachimus. Quia, inquit, cum putantur ab inferendo malis  
quiescere, tunc ex inferato deteriora mala commitunt, & ita cauda eorum, id est, finis prece-  
denti malorum in capita desinunt, id est, initia futurorum. Id quod expressum est Job  
cap. 6. vbi de impiis dicitur, Inuoluta sunt semita gressuum eorum, quia videlicet im-  
probi, & nefari homines alia malitia in alia replicant, quemadmodum exponit D.  
Greg. lib. 7. Mor. cap. 1. Omne, inquit, quod inuolutur, in semetipsum replicatur. Benè  
ergo de reprobis dicitur: Inuoluta sunt semita gressuum eorum: quia ad consueta sem-  
per mala replicantur, & quasi extra se tensi ad semetipsum per circuitum redeunt:  
quo pertinet illud Psalm. 11. In circuitu impi ambulant. Etenim circulus in quolibet  
puncto, quod designaueris, & finitur, & incipit.

II.  
Hæretici lu-  
brici, & tor-  
tuosi.

III.  
Rich. Vict.  
Impi fra-  
duleter no-  
cent.  
Iohachimus.

D. Basil.  
Psalm. 32. 1.

Job. 6. 18.

D. Grezer.

Psalm. 11. 9.